

leproso contrafatiente et vice qualibet contrafacta; qui leprosi
 similiter possint eis facere cantari missam extra civitatem
 278 A Tergesti. ¶ Et ipsis euntibus // ad eorum laboreria vel ad
 dictam missam ac redeuntibus, tunc ad dictam penam non
 teneantur. ¶ Preterea leprosi forenses non sint ausi venire 5
 in civitate Tergesti nec in eius districtu, et precones comunis
 teneantur inquirere de predictis leprosis forensibus et eos
 expellere extra civitatem et districtum Tergesti, sub pena qua-
 draginta sold. par. pro quolibet preconone, et sub pena centum
 libr. par. pro quolibet potestate et vice qualibet contrafacta. 10

Cap. LXXIII. Rubrica de gratia concessa fra-
 ternitati sancti Pauli de ecclesia ediffi-
 canda in contracta Cavane.

A d honorem Dei et eius Virginis gloriose et beati apostoli
 sancti Pauli et ad utilitatem tocius populi civitatis Ter- 15
 gesti, ordinamus quod caniparii fraternitatis sancti Pauli sive
 fratres ipsius fraternitatis habeant plenam libertatem sive
 auctoritatem de novo fatiendi unam ecclesiam super terra que
 olim fuit domini Marci Ramphy, scita in civitate Tergesti in
 contrata Cavane, choerente viis publicis et domui ipsius fra- 20
 ternitatis tantum, sub forma qua melius videbitur dominio et
 hominibus Tergesti convenire. ¶ Et pro dicta ecclesia fienda
 procedatur in hunc modum, videlicet quod caniparii ipsius
 fraternitatis, qui fuerunt in millesimo tricentessimo trigessimio
 tertio indictione prima, ponere debeant in opere ipsius ecclesie 25
 fiende march. quadraginta sold., et subsequenter omnes alii
 caniparii dicte fraternitatis eorum successores similiter tene-
 antur ponere in dicto opere fiendo, et dispensare sive expen-
 dere anuatim omnes introitus ipsius fraternitatis, detractis
 278 B expensis factis in aliis rebus necessariis dicte fraternitati, et // 30
 hoc tam diu donec (tam) dicta ecclesia cum domo fuerit facta
 et completa, et hoc sub pena vigintiquinque libr. par. pro (quo)
 quolibet canipario contrafatiente et vice qualibet contra-¹⁾

¹⁾ Aggiunta sul rigo.